



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Extrahere

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Potest anticipare diem distributionis. Simile, & heredes possunt scire.

32. Executor potest variare electionem locorum, vel pauperum alias facta. Card. de Lugo *resolut.* 50. Et anticipare diem, vel tempus distributionis faciendae, dummodo aliter non constet de mente testatoris. *Rodriquez resolutione* 51.

33. Haeredes, & executores ab bonum animae testatoris, legata, & debita ante tempus solvere possunt. DD. Episcopi possunt infringere haeredes, & executores, quando non sunt obstricti aliquo impedimento etiam per Censuras, ut infra sex menses legata pia, & prophana solvantur. *Molina resolut.* 52. & 53. quod si transferit annus non potest prorogari tempus, sed devolvitur ad Episcopum *Micrel. resolut.* 54.

Haeredes negligentes possunt compelli à iudice.

34. Si executores, vel haeredes negligentes fuerint ad executionem faciendam, possunt compelli à iudice seculari ad illam faciendam, praesertim ad causas pias. *Joseph. Vela resolut.* 55. Et quando testator providit de alio executore, Ma prioris negligentia, tunc non devolvitur ad Episcopum, nisi hic etiam esset negligens in exequenda voluntate defuncti, in eo casu devolvitur ad Episcopum. *Diana resolut.* 56.

Executio spectat ad Episcopum.

35. Tenetur Episcopus data negligentia executoris, exequi testamentum, & ipso etiam negligente, spectat ad Metropolitanam executionem facere; & eadem ratio est de electore pauperum, orphanorum, puellarum nuptui tradendum. DD. *resolut.* 57. & 61.

36. Quando in testamento non explicatur certum genus pauperum, vel locorum, tunc potest Episcopus, & haeredes ad Ecclesiam pauperum applicare. *Vvand. resolut.* 58. Et executio spectat ad eum Episcopum, in cujus Diocesi diu testator morabatur, eo animo, ut perpetuo se morari voluisse, & non ubi bona reperiuntur, & si alibi sepeliri iusserit. *Gabr. Pereyra. resolut.* 59.

Laeicus non potest cogi ab Episcopo. Cap. 8. V. potest cogere executores.

37. Laicus non potest cogi ab Episcopo, ut executionem recipiat, sicut potest Regularis à suo Praelato. *Vasq. resolut.* 60.

38. Capitulum Sede Vacante potest compellere executores ad executionem testamentorum. *Covarruv. resolut.* 62.

39. Non potest executor testamentarius cum dispensatione Episcopi, quae neque Papae conceditur sine iusta causa, mutare nec recedere à voluntate testatoris. *Carpus resolut.* 63.

Pentifex non potest recedere à voluntate testatoris.

40. Nullo modo Iudex laicus se intrinittere potest ad executionem testamenti bonorum Clericorum, vel Episcoporum, nec pro completionem inventarii potest tamen in defectu Ecclesiasticorum legem totam. *resolut.* 64.

Iudex laicus non potest se ingerere in testamento Clericorum.

Vide verb. Testamenti Executor.

EXPLORATOR.

1. Exploratores vulgò dicta (spio) possunt simulare in terris infidelium se esse Turcas, ac eorum vestibus uti, & eorum synagogis, seu Moscheas adire, propter aliquod negotium petendum ad utilitatem Christianorum, non autem tempore, quo Turcae eunt orandi, vel adorandi Mahometem. *Dian. part. 8. tract. 7. resolut.* 13.

Licet exploratoribus uti vestibus Turcarum in alio quo casu.

EXTRAHERE.

1. Extrahens à statu Ecclesiastico Emercemoni causa juxta verba Bullae Urbani VIII. frumentum, oleum, blada, & legumina, in ea tamen quantitate arbitrio prudentis viri iudicanda ut sit peccatum mortale, incidit in excommunicationem in Bulla apposta Papae servata, Diana: sub hoc nomine frumenti, non intelligitur panis coctus, nec farina, & sub nomine olei non intelliguntur olearum, etiam si extrahantur, ut ex illis oleum conficiatur. *Palau. part. 9. tract. 8. resolut.* 43.

Incidit in excommunicationem Urb. VIII.

EXTREMÆ-VNCTIONIS Necessitas.

1. Extrema-Unctio non est homini necessaria, necessitate medii: nec praecepti obligantis sub mortali. Ita contra Petrum à voto *lect. 2. de Sacram.*

Extrema-Unctio, cessante contempn. & scan. Exr.